UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CCCLXXIV. Kurfürst Joachim gestattet dem Hans Rakow eine Verpfändung in Tzschetzschnow, am 31. März 1505.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55756

Visual Library

CCCLXXIV. Kurfürſt Joachim geſtattet dem Hans Rakow eine Verpfändung in Tzſchetzſchnow, am 31. März 1505.

Von gotts gnaden Wir Joachim, Churfürſt, vnd Albrecht, gebruder, Marggrauen zu Brandemburg, zu Stettin, Pommern etc. Hertogen, Burggrauen zu Nürmberg vnd Furſten zu Rugen, Bekennen vnd thun kunth offintlich mit diſem briue vor ydermenigclich, das wir vmb fleiſſige bet vnd anligender nott willen vnſerm liben getrewen Hanſen Rackow, Burger jn vnſer Stat Franckfurt vergunt vnd erlawbt haben, das er vnſerm liben getrewen Albrechten Rackow, ſeinem vettern, newnzig ſchock In vnd ſeinen beraitſten lehngutern vffen hoff tho ſcheſenow auff einen rechten widerkauffe verkauff, verſetzen vnd verpfanden mag lawt des kauff, verſetzungs vnd pfants briues daruber auſzgangen, vergunnen vnd erlawben In das vnd geben zu ſolichen widerkauff, verſetzung vnd verpfandung vnſern willen vnd volbort, In vnd mit craft ditz briues. Czu urkunt mit vnſerem Marggrauen Joachims kurfurſtlichem anhangendem Ingeſigl verſiglt, geben zu Cöln an der Sprew, am monttag nach quaſimodogeniti In funfzehenhunderſten vnd fünfften Jar.

Sigismundus Czerer, doctor etc. Cancellarius.

Relator dominus per ſe.

Nach dem Orig. des Stadtarchives Var. 65.

CCCLXXV. Kurfürſt Joachims Bekanntmachung über die Stiftung der Univerſität zu Frankfurt, publizirt am 4. October 1505.

Cum nihil Literarum ſtudiis communi hominum generi preſtantius, nihil excellentius, nihil ullo unquam tempore conducibilius in lucem proditum ſit: Literis enim conſtat immortalitas, memorie fulcitur eternitas, res multis ante ſeculis geſte, omniumque ſcientiarum cognitio comprehenditur, animus humane vite dux et auriga initio rudis excolitur: Nos Joachimum, Dei Optimi Maximi Beneficio Sacri Romani Imperii ArchiCamerarium et Electorem, Marchionem Brandeburgenſem, Stetinenſem, Pomeranie, Caſſubie et Sclavorum Ducem, Burggravium Nurnbergenſem, Rugie Principem, frequens ſubiit admiratio, quid ſubeſſet cauſe, cur in noſtra Germania plures in omnibus artibus, quam in hoc tam laudato Literarum ſtudio, Majorum, Patrum, noſtraque memoria, admirabiles et fuerint et in preſenti exiſtant, ut album ſe corvum videre quiſque arbitretur, qui in hominem Literis excellentem oculos conjicit. Multeque id nobis qverentibus cauſe in medium proferuntur, heque inprimis, quod tenuioribus facultatibus homines de impenſarum magnitudine, amplioribus vero opibus prediti, de Preceptorum vel barbarie, vel ignavia, vel que imprimis vitanda eſt, docendi intermiſſione, querantur; Nec pleriſque, etſi ſuperatis Alpibus Italie Gymnaſia inviſant, celum, aeremque convenire, ob id pleroſque vel invitos medio in ſpacio retrahi, aut ante in ipſo curſu obrui, quam optatum portum contingere poſſint; A nobiſque Literarum Candidati ac Profeſſores

aſſiduis cohortationibus, quotidianiſque precibus efflagitarunt, ne plures deinceps a literis, diſcendique ſtudio deterreantur, ut Gymnaſium Literatorium conſtituamus, ad quod veluti ad aſylum, agminatim confluere poſſint hi, quibus animum diſciplinis, linguam eloquio excolere, ſuoſque hortulos doctrine fontibus irrigare in optatis ſit.

Cum itaque celebram noſtre ditionis Urbem, multarum nationum Emporium, cui Francofordii ad Oderam nomen eſt, habeamus, aeris ſerenitate et temperie preſtantem, ad Solis Ortum vergentem, qua ex parte Odera, fluvio nitidiſſimo, piſcium feraciſſimo, navigiis, omnium rerum illationi exportationique apto alluitur, ad radices collium ſitam, qui vinetis fruticetiſque amoeniſſimis veſtiti, eam a meridie cingunt, quod ipſum magnopere valetudini conferre Medici, et hi quidem uſu rerumque experientia doctiſſimi, affirmant: Ab Sole vero decidente et Septentrione florentibus Pratis, Salubribus ſylvis et agris fertilibus circumdatam; Tanta frugum ubertate ac abundantia, ut horreum Vicinorum populorum ſit Francofordium, tanta vini, ut magnum illic Libero patri cum Cerere certamen ſit. Tanta carnium et domeſticarum et ferinarum, volatilium optimorumque piſcium, lignorum, pabuli, omnium denique rerum, quibus commode humana vita carere non poteſt, illic copia, ut plereque inde urbes et Provincie paſcantur.

Quare cum minime noſtri officii ac muneris duxerimus tam honeſtas tamque preclaras literatorum preces repudiare, cum ſit, ut eleganter Symachus inquit, hoc ſpecimen florentis Reipublice ut diſciplinarum Preceptoribus opulenta pendantur premia, inſtituemus Francofordii cis Oderam Deo Optimo Maximo Duce Officinam politioris literature, Multijugeque Scientie, quotidianum diſcendi docendique commercium, quam publicam Univerſitatem appellant: Eam jam Pontificali, Imperatoriaque auctoritate approbatam proximo Anno, Dominica, que Divi Marci diem inſequitur ſexta ſcilicit ac vigeſima Menſis Aprilis auſpicaturi ac ſolenniter introducturi.

Pollicemur inſuper poſt Univerſitatis noſtre introductionem, gratuitatem per triennium in Scientiarum gradus provectionum. Si qui tamen poſt literarum harum publicationem illuc ſe contulerint, nihilominus Lectionibus Grammaticis ac Oratoriis omnibuſque exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, quibus noſtrum Gymnaſium inſtar aliorum ac uberius donavimus, fruentur et gaudebunt.

Becmanni Not. Univ. Frankof. p. 2. 3. Axungiae Hist. inaug. Univ. Frankof. p. 4. 5.

CCCLXXVI. Erweiterung der kurfürſtlichen Reformation der Stadtverfaſſung Frankfurts, vom 26. October 1505.

Nachdem dann vnſer gnedigſter vnd getrewer Herr zuergangen tagen In irer f. g. Stat vnd dem gemeinen nutz zu beſſerung vnd zu gut ein Reformatien furgenomen vnd verordent, auch den Rath daſelbs ernſtlich Beuolhen, der alſo nachzuſtellen vnd verſchaffen, das die gehalten vnd gehanthabt werde, das dann ſo getrewlich vnd fleiſſig, als ir f. g. das gemeint, nicht geſcheen, ſunder verſeumlich daryn gehandelt, darumb vnſer gnedigſter Herr der Churfurſt aber gnediglich daryn geſehen vnd dieſelb Reformation mit diſſen hirnach geſchriben articulen gebeſſert, Nemlich